ALPHABETVM GRAECVM VNA CVM

multis alijs quæ expeditum quem reddunt ad Grammaticam Græcam capeſſēdam. Cui adiūcta hæc ſunt: Precatio dominica, Salutatio angelica, Symbolum apoſtolicum, decem præcepta, Chriſti ſeruatoris apud Matthæum decreta, & hoc genus alia, Græce & Latine.

γράμματα ἑλληνικὰ καὶ εἰσαγωγὴ
πρὸς τὴν τῶν ἑλλήνων λόγων
ἀνάγνωσιν, καὶ προχείρισιν
πρὸς τὴν γραμματικήν.

Pariſijs apud Chriſtianum VVechel
ſub ſcuto Baſileenſi, in uico
Iacobæo.

1530.

CHRISTIANVS VVECHELVS CANDIDO LECTORI S.

EN optimi pueri damus libellulum illū qui erat de elementis græcis auctiorem, ita ut nihil uobis defuturum ſit, quod pertinet ad ἐισαγωγὴν ἐισ τὴν ἑλληνικὴν γραμματικήν. His prælibatis fortiter ipſam grammaticam capeßite. Dabimus propediem maiora, quæ nuſq̄ hactenus neq; uel in Germania uel Gallia excuſa ſunt. Et iam aliquot annis meam hac in re operam eſtis experti. Qui enim id non agerem? cum uideam Chriſtianiß. Galliarum regē totum in hoc eße, ut has unà cum Hebraicis atq; adeò omnibus honeſtis literis prouehat, hac re perpetuā famam adſtructurus nomini ſuo. Valete è Chalcographia noſtra 1530 anno.

LITERAE QVAE MVLTIPLI- *cibus figuris ſcribuntur apud Græcos ſunt quatuor & uiginti.*

Α α α	Ἄλφα	Alpha	*a*
Β β ϐ	Βῆτα	Vita	*b*
Γ γ ϒ ς	Γάμμα	Gamma	*g*
Δ δ δ	Δέλτα	Delta	*d*
Ε ε ε	Ἐψιλόν	Epſilon	*e*
Ζ ζ ξ ζ	Ζῆτα	Zita	*z*
Η η η	Ἦτα	Ita	*e longum*
Θ θ ϑ	Θῆτα	Thita	*th*
Ι ι	Ἰῶτα	Iota	*i*
Κ κ	Κάππα	Cappa	*c*
Λ λ	Λάμβδα	Lambda	*l*
Μ μ	Μῦ	My	*m*
Ν ν ν	Νῦ	Ny	*n*
Ξ ξ ξ	Ξῖ	Xi	*x*
Ο ο	Ὀμικρόν	Omicron	*o*
Π π ϖ π	Πῖ	Pi	*p*
Ρ ρ	Ῥῶ	Rho	*r*
Σ σ ς ς	Σῖγμα	Sigma	*s*
Τ τ τ	Ταῦ	Taf.	*t*
Υ υ	Ὑψιλόν	Ypſilon	*y*
Φ φ	Φῖ	Phi	*ph*
Χ χ	Χῖ	Chi	*ch*
Ψ ψ	Ψῖ	Pſi	*pſ*
Ω ω	Ὠμέγα	Omega	*o magnum*

CHRISTIANVS VVECHELVS CAN
DIDO LECTORI
S.

EN optimi pueri damus libellulum illũ qui erat de elementis græcis auctio= rem, ita ut nihil uobis deſuturum ſit, quod pertinet ad εἰσαγωγὴν εἰς τὴν ἑλληνικὴν γραμματικήν. His præ= libatis fortiter ipſam grammaticam capeßite. Dabi= mus propediem maiora, quæ nuſq̃ hactenus neq; uel in Germania uel Gallia excuſa ſunt. Et iam aliquot an= nis meam hac in re operam eſtis experti. Qui enim id non agerem? cum uideam Chriſtianiß. Galliarum regẽ totum in hoc eße, ut has unà cum Hebraicis atq; adeò omnibus honeſtis literis prouehat, hac re perpetuã fa= mam adſtructurus nomini ſuo. Valete è Chalco= graphia noſtra 1530 anno.

LITERAE QVAE MVLTIPLIcibus figuris ſcribuntur apud Græcos ſunt quatuor & uiginti.

Α α α	Ἄλφα	Alpha	a
Β β ϐ	Βῆτα	Vita	b
Γ γ ϛ ς	Γάμμα	Gamma	g
Δ δ δ	Δέλτα	Delta	d
Ε ε ε	Ἐψιλὸν	Epſilon	e
Ζ ζ ξ ζ	Ζῆτα	Zita	z
Η η η	Ἦτα	Ita	e longum
Θ θ ϑ	Θῆτα	Thita	th
Ι ι	Ἰῶτα	Iota	i
Κ κ	Κάππα	Cappa	c
Λ λ	Λάμβδα	Lambda	l
Μ μ	Μῦ	My	m
Ν ν ν	Νῦ	Ny	n
Ξ ξ ξ	Ξῖ	Xi	x
Ο ο	Ὀμικρὸν	O micron	o
Π π ϖ π	Πῖ	Pi	p
Ρ ρ	Ρῶ	Rho	r
Σ σ ς ς	Σῖγμα	Sigma	s
Τ τ τ	Ταῦ	Taf.	t
Υ υ	Ὑψιλὸν	Ypſilon	y
Φ φ	Φῖ	Phi	ph
Χ χ	Χῖ	Chi	ch
Ψ ψ	Ψῖ	Pſi	pſ
Ω ω	Ὠμέγα	O mega	o magnum

Græcarum.

Diuiduntur hæ quatuor & uiginti literæ, in duas partes: in Vocales & conſonantes.

¶Vocales ſeptem.

α ε η ι ο υ ω

Breues.	Longæ.	Communes.
ε ο	η ω	α ι υ

Præpoſitiuæ.	Subiunctiuæ.
α ε η ο ω	ι υ
Mutabiles.	Immutabiles
α ε ο	η ι υ ω

¶Diphthongi Propriæ ſex.

æ af i ef i u

αι αυ ει ευ οι ου

¶Diphthongi Impropriæ ſex.

a e o y if of

ᾳ ῃ ῳ υι ηυ ωυ

¶Conſonantes ſeptendecim.

β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ ϖ ρ σ τ φ χ ψ

Semiuocales.	Mutæ.
ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ	β γ δ κ π τ θ φ χ
Duplices.	Immutabiles.
ζ ξ ψ	λ μ ν ρ σ

¶Tenues.	Mediæ	Aſpiratæ.
π κ τ	β γ δ	φ χ θ

¶Monadicon.

σ

DE POTESTATE LITERARVM OMNIVM.

Α α facit a	ut Ἀγαθὸς agathos, ἀλλὰ alla	
Β ϐ facit u	ut ϐάρϐαρος uaruaros ϐαϐαὶ uaue	
Γ γ facit g	ut γέγραφα gegrapha	
Δ δ facit d	ut δαίδαλος dædalos	
Ε ε facit e	ut ἐγὼ ego.	
Ζ ζ facit z	ut ζάθεος zatheos.	
Η η facit i long.	ut φήνη phini.	
Θ θ facit th	ut θάνατος thanatos.	
Ι ι facit i	ut Ἴακχος iacchos.	
Κ κ facit c	ut κορύδων Corydon.	
Λ λ facit l	ut λάλος lalos.	
Μ μ facit m	ut μορμὼ mormo.	
Ν ν facit n	ut ναὶ næ,	
Ξ ξ facit x	ut ξανθόθριξ xanthothrix.	
Ο ο facit o puū,	ut ὀϐελίσκος oueliſcos.	
Π π facit p	ut πάππα pappa.	
Ρ ρ facit r	ut ῥώμη rhomi.	
Σ σ facit s	ut σὰρξ ſarx.	
Τ τ facit t	ut τάλαντον talanton.	
Υ υ facit y	ut ὕμνος hymnos.	
Φ φ facit ph	ut φίλος philos.	
Χ χ facit ch	ut χριςὸς Chriſtos.	
Ψ ψ facit pſ	ut ψιξ pſix. ψὲ pſe.	
Ω ω facit o lōgū,	ut ὦκα oca. χιτὼν chiton	

¶De poteſtate diphthongorum Propriarũ.

AI αι facit æ, ut αἰγίς ęgis.

AY αυ facit af, medium inter b & f ut αὐλή.

EI ει facit i lõgum, ut χείρ chir, εἰς is, εἰκῶν icon.

EY ευ facit ef medium inter b & f, ut εὖγε efge, Θησεύς thiſeus.

OI οι facit i longum, ut οἴμοι imi.

OY ου facit u uocalem, ut οὐκοῦν ucun.

¶De poteſtate diphthongorum Impropriarũ.

ᾳ cum iota ſubſcripto facit a, ut ᾄδω ado.

ῃ cum iota ſubſcripto facit i longum, ut τῇ μούσῃ ti muſi.

ῳ cum iota ſubſcripto facit o longum, ut παλινῳδία palinodia, ueteres uerò non ſubſcribebant iota, ſed adſcribebant ſic, τῶι αἰνεία, to æneia, Τῆι μούσηι, ti muſi. τραγωιδίαι, tragodia. Quod in codicibus antiquis licet uidere, minore tamen iota.

YI υι η cum iota adſcripto facit i longum, ut ἅρπυια harpya.

HY ηυ facit if medium inter b. & u cõſonantem ηὖδα ifda.

ΩY ωυ facit of medium inter b & u conſonantẽ, ut ὦυτὸς oftos pro αὐτὸς.

¶Quonam modo diphthongi græcæ ac literæ ad Latinos ueniant.

AI mutatur in æ diphthongon, αἰνέας Aeneas, ἑβραῖος hebræus. Interdũ diuiditur, ut αἴας Aiax μαῖα Maia.

AY uertitur ĩ au, ut αὐλὴ aula. θησαυρὸς theſaurus Sed caue ne te decipiant Nicolaus, menelaus, & ſimilia, quæ diphthongon in au non habent: ſed ſunt duæ ſyllabæ, quia ſunt à græcis in aos, ut νικόλαος.

EI mutatur uel in e longum, ut ἀχιλλεῦος Achilleus καλλιοπεία Calliopea. Vel in i lõgũ, ut νεῖλος Nilus, εἴδωλον idolum, θάλεια Thalia.

EY mutatur in eu diphthongum, ut θησεὺς Theſeus, εὖγε euge.

OI mutatur in œ diphthongum, ut φοῖβος Phœbus, οἰνοφόρον Oenophorum.

OY mutatur in u longum, ut μοῦσα Muſa, οἰδίπους Oedipus. ¶De diphthongis Improprijs.

ᾳ cum iota ſubſcripto tranſit in æ diphthongum, ut τῇ λήδᾳ huic Ledæ.

ῃ cum iota ſubſcripto tranſit in æ diphthongum, ut τῷ ποιητῇ huic Poëtæ,

ῳ cum iota ſubſcripto tranſit in œ diphthongum, ut ἡ κωμῳδία hæc comœdia, ἡ τραγῳδία hæc tragœdia

¶Quemadmodum literæ ac diphthongi Græcæ in latinum transferantur.

A mutatur in a, ut κάλαθος calathus. Interdum in e, ut τάλαντον talentum. Item in i, ut κάναστρον caniſtrum. Item in o, ut κάρυλος corylus. Et in u, ut ἡρακλῆς. Hercules. hyperthesi τοῦ κ Et in æ diphthongum, ut Ασκληπιὸς Aeſculapius.

B mutatur in b, ut φοῖβος Phœbus. Aliquando in p, βαβαί papæ, quanquam & Græci παπαί dicũt. Item in ph τρίαμβος triumphus.

γ mutatur in g, ut γένος genus. Vertitur etiam in n, ut ἄγγελος angelus, Δίφθογγος diphthongus, ἄγκυρα ancora, ἀγχίσης Anchiſes, σφίγξ ſphinx. In his dictionibus quæ apud Græcos commutarunt v in γ, ſequentibus γ κ χ ξ, Quoniam autem ante prædictas literas non admittitur v apud Græcos, mutatum eſt in γ, quod Romani rurſus in n commutarunt, & ſi antiqui græcam orthographiam obſeruantes, aggelus, diphthoggus ſcribebant per duplex g.

Δ mutatur in d, ut διδὼ Dido. Interdum in b, ut δὶς bis. & in l, ut ὀδυσσεὺς Vlyſſes. Sicut etiã apud nos d & l ſibi inuicem cedũt, ut ſedes, ſella, & hoc in compoſitione.

E pſilon

Ε *pſiilon mutatur in e breue, ut* ἐγὼ *ego* γένεσις *geneſis.*

Ζ *remanet, ut* ζέφυρος Zephyrus. Interdum *mutatur in geminum ſſ, ut* μάζα *maſſa*, πατρίζω *patriſſo.*

Η *mutatur in e longū, ut* πηνελόπη *penelope.* κηρὸς *cera*, σκηνὴ *ſcena*, ἠθικὴ *ethica.* Interdum *in a longum, ut* μήτηρ *mater*, φήμη *phama.*

Θ *mutatur in th aſpiratum, ut* θρήκη *thrace*, θυρσὸς *thyrſus.* Interdum *in ſuam tenuem, id eſt, t, ut* θρίαμβος *triumphus.* Item *in ſuam mediā, id eſt, d, ut* θεὸς *Deus*, θεὰ *dea.*

Ι *mutatur in i, modo longum, modo breue, ut* ἀγχίσης Anchiſes. νεστορίδης Neſtorides.

Κ *mutatur in c, ut* κακὸς *cacus.* Interdum *in ſuam mediam, id eſt, g, ut* κώβιος *gobius*, κύκνος *cygnus, quanquam & cycnus dicimus.* Item *in p, ut* λύκος *lupus.*

Λ *mutatur in l, ut* πάλλας Pallas, λύρα *lyra*, λὺξ *lux.*

Μ *mutatur in m, ut* γραμματικὸς *grammaticus*, στέμμα *ſtemma* μελπομένη Melpomene.

Ν *uertitur in n, ut* νὺξ *nox*, ναῦς *nauis*, ναὶ *næ*, νάρκισσος *narciſſus*, νόθος *nothus.*

ξ uertitur in x, ut ξενοφῶν Xenophon, ξένιον, Xenion.

O micron, mutatur in o breue, ut ὄλυμπως olympus. Item in u, ut ὀδυσσεὺς Vlyſſes. Sed frequens mutatio eſt o in u in fine dictionis, ut κύπρος cyprus, ὅμηρος Homerus. ἴλιον ilium. Interdum in e, ut γόνυ genu, ἀλέξανδρος Alexander, κάπρος aper.

Π mutatur in p, ut πασιφάη Paſiphae.
Interdum in ſuam aſpiratam, quæ eſt apud nos ph, ut τροπάιον trophæum. Item in ſuam mediam, quæ eſt apud nos b, ut πύξος buxus, ἄραψ arabs.

P mutatur in r, ut ῥήτωρ rhetor. Vbi ſciendum omnem dictionem, quæ apud Græcos ſcribitur per ρ in principio dictionis, apud nos transferri cũ aſpiratione, ῥέα Rhea.

Σ uertitur in s, ut σίσυφος ſiſyphus. Interdum in x, ut ἄιας aiax, πίστρις piſtrix. Item in t, ut σὺ tu, σὲ te.

T mutatur in t, ut τροία Troia, τάνταλος Tantalus. Inuenitur etiam mutatum in s, ſigma præcedente, ὀστᾶ oſſa.

Y plærumq; remanet, ut ἱερώνυμος Hieronymus, συνώνυμον ſynonymum. Tranſit etiam in u, ut ῥώμυλος Rhomulus, πύξος buxus, σῦς ſus, μῦς mus, τύλη tule.

Φ uertitur

φ uertitur in ph, ut φιλόσοφ☉ philoſophus, Aliquando etiam in f, ut φυγὴ fuga, φήμη fama. Item in ſuam tenuem, ut σφαῖρα ſphæra. Et in ſuam mediam ut ἄμφω ambo.

χ mutatur in ch, ut χρύσης Chryſes, χρυσόστομ☉ Chryſoſtomus, χριστὸς Chriſtus. Quæ litera quia habet figuram x noſtri, ſunt qui putant cum ſic ſcribitur xp̃us, per x & p ſcribi literas latinas, cum ea quæ x uidetur, ſit χ, & quæ uidetur p, ſit ρ. Et quanquàm ferè ſemper legimus in ſacris literis Chriſtus ſic ſcriptum xp̃us, Græce tamen ſcribatur, cum ſic ſcribitur. Latine uerò ſcribendum eſt per ch, ſic Chriſtus. uel ſic breuius, Chr̃us. Eodem modo decipiuntur in I H S, credentes eſſe aſpirationem hanc literam H, cum ſit η græca uocalis, quæ apud nos in e longum frequentius mutatur, ΙΗΣΟΥΣ Ieſus. Item quia Græci etiam ſic ſcribunt. Ita η, quod eſt ſimile noſtræ aſpirationi, latini ſcribunt Iheſus, quod imperiti per aſpirationem ſcribi exiſtimant.

Quoniam in ſermonem de aſpiratione incidimus, illud annotatione dignum exiſtimauimus, acceptam eſſe aſpirationem noſtram, ἀπὸ τῶν δασείας καὶ ψιλῆς accentibus græcis. Nam illi daſiam ſic notãt ⊢ & pſilen ſic ⊣. Quos accentus in unũ coniungentes Romani,

mani, fecerunt eã aſpirationẽ, quas nos in grandi-
ſculis utimur literis. Qui tamen accentus nunc fere
exoleuerunt apud Græcos. Quorum loco iuniores hi-
ſce utuntur ᶜ ᵓ, ut δασεῖα habeat figurã c noſtri ſic ᶜ,
ψιλὴ uero c conuerſi, ſic ᵓ. Et hinc puto uos accepiſ-
ſe aſpirationem, qua curſim ſcribenda utimur. Nam
ſi addideris pſilen denſo, aſpirationem facies, ſed in-
flexam, quanquam ætate noſtra plures rectam, quam
flexam ſcribentes notant. Hanc nos aſpirationem mo-
do in s uertimus, ut ἕξ ſex, ἑπτὰ ſeptem. Modo in
u, ut ἐνετὸς Venetus ἑσπέρα ueſpera. Sed frequen-
ter in noſtram aſpirationem, ut ὕμνος hymnus.

ψ mutatur in ps, ut αἰθίοψ æthiops. Aliquando in
bs, ut ἄραψ arabs, ἄψυρτος abſyrthus.

Ω mega tranſit in o longum, ut ὠκεανὸς oceanus.
εἴδωλον idolum.

PROSODIA.

Προσῳδία, accentus (nam id ſignificat græca uox
πρὸς ad, ᾠδὴ carmen) eſt ratio pronũtiandi ſyllabæ
accidens, alia enim breuis eſt, alia longa, dein acuta,
uel grauis, uel inflexa &c.

Accidunt ergo ſyllabæ προσῳδίαι.

Μακρά	¯	Ὀξεῖα	´
Βραχεῖα	˘	Βαρεῖα	`
Δασεῖα	ᶜ	περισπωμένη	˜
ψιλή	ᵓ		

Longum

Longum — ἦρως.
Tempus
Breue ∪ θεὸς
Acutus ´ θεός.
Tonus Grauis ` θεὸς.
Inflexus ῀ θεοῦ.
Aſper ῾ ἑλένη.
Spiritus
Tenuis ᾿ ἔρως.

Alij ſyllabæ accidentib. paſſiones annumerant lectionis adminicula, q̃ ad puncta proprie pertinẽt. Sunt aũt ἀπόστροφος auerſio ᾿ q̃ ſupra extremũ dictionis in fine eliſa uocali ponitur: eſtq; ἀπόστροφος ſignum eliſæ uocalis, ut κύρι᾿ ἐλέησον, p κύριε ἐλέησον. In poëmatis ſæpe initiũ dictionis occupat, ut eſt Callimachi hoc, ὤ᾿ πόλλων οὐ παντὶ φαείνεται, ἀλλ᾿ ὅ, τις ἐσθλὸς, pro ἀπόλλων. Apollo nõ cuiuis apparet, ſed bono. ὑφὲν Subunio ‿ ſyllabarum contrahendarum nota, qui ‿ cunq;. ὑποδιαστολή, ſub extrema dictiõe ponitur, dictionem alteram ab altera diducens, μηδὲν ἄγαν. Vſus paſſionum ſæpe ad diſcernendas homonymas uoces cõfert, ὅ, τι ab ὅστις, ὅτι quoniã &c.

Primum ſyllabæ accidens tempus eſt, nec enim ulla ſyllaba tono effertur, niſi pro ratiõe temporis. Atque ideo

ideo ſunt tempora, perinde ac fulcra quædam tonorũ, quæ illi natura in ſyllabis priora requirunt. Itaq; ſpectabit doctus grammaticus: primum quãta ſit ſyllaba, longa ne an breuis, longam dignoſces, aut lõga uocali, η̄ ω̄, aut diphthongo αι υ ει ου, quæ omnes longæ ſunt aut poſitione ᾱστος ᾱξιος.

Breuem breui uocali ε ο, θεός.

Mediam authoritate, non uocali. Nam & ſi mediæ ſint uocales, tamen ea eſt uis illarum, ut in conſtitutione ſyllabarum aut longæ ſint, ut ῑρος, aut breues ut φῐλος. Authoritate mediam arbitrabere, quã & quæ breuem natura uocalem habet, nonnunquam extenditur, ut apud Homerum με̄λος.

VSVS TONORVM.

Quæſitus, qui dictionis tenor? aut acuto reſponde, aut circunflexo efferendam. Sunt enim hi principales duo toni, & qui ſyllabis inſcribuntur.

ACVTVS.

Loca poßidet, ultimam, penultimam, antepenultimam θεός ὠριγένης παράκλητος.

CIRCVNFLEXVS.

Locus eſt ultima θεοῦ, penultima σῶμα.

GRAVIS.

Omnibus ſyllabis eſt, quæ nullo alio tono, acuto aut

circun

circunflexo inſigniuntur: nec ſcribitur unquàm ſua ui= ce; dóminus, minus graues ſunt, nullis inſignitæ tonis. Deinde uerò cū in poſtremis ſyllabis aliquando ſcribi= tur, θεὸς ἡμῶν, nō eſt genuinus, ſed aſcititius ſyllabæ.

Numerus Græcorum.

	10	20	30	40	50	60	70	80	90
	ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	π	ϙ
1 α	ια	κα	λα	μα	να	ξα	οα	πα	ϙα
2 β	ιβ	κβ	λβ	μβ	νβ	ξβ	οβ	πβ	ϙβ
3 γ	ιγ	κγ	λγ	μγ	νγ	ξγ	ογ	πγ	ϙγ
4 δ	ιδ	κδ	λδ	μδ	νδ	ξδ	οδ	πδ	ϙδ
5 ε	ιε	κε	λε	με	νε	ξε	οε	πε	ϙε
6 ϛ	ιϛ	κϛ	λϛ	μϛ	νϛ	ξϛ	οϛ	πϛ	ϙϛ
7 ζ	ιζ	κζ	λζ	μζ	νζ	ξζ	οζ	πζ	ζ
8 η	ιη	κη	λη	μη	νη	ξη	οη	πη	ϙη
9 θ	ιθ	κθ	λθ	μθ	νθ	ξθ	οθ	πθ	ϙθ
100	200	300	400	500	600	700	800	900	1000
ρ	σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω	ϡ	ά

Vel.

2	5	10	50	100	200	500	1000
Τ	Π	Δ	Δ	ΗΗ	Η	Χ	Χ

ΕΥΧΗ ΚΥΡΙΑΚΗ

Πάτερ ἡμῶμ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐμ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸμ ἄρτον ἡμῶμ τὸμ ἐπιούσιομ δὸς ἡμῖμ σήμερομ. καὶ ἄφες ἡμῖμ τὰ ὀφειλήματα ἡμῶμ, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶμ. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόμ, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. ἀμήμ.

ΑΣΠΑΣΜΟΣ ΤΟΥ ΑΓΓΕΛΟΥ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΑΓΙΩΤΑΤΗΝ ΠΑΡΘΕΝΟΝ.

Χαῖρε κεχαριτωμένη μαρία, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, ὅτι σωτῆρα ἔτεκες τῶμ ψυχῶμ ἡμῶμ. ἀμήμ.

ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ

Πιστεύω εἰς θεὸμ πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ εἰς ἰησοῦμ χριστὸμ υἱὸμ αὐτοῦ, ἕνα μόνομ κύριομ ἡμῶμ, συλληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ μαρίας τῆς παρθένου, παθόντα ὑπὸ ποντίου πιλάτου, θανόντα καὶ ταφθέντα, κατελθόντα εἰς ᾅδημ, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς,

ORATIO DOMINICA.

PAter noſter qui es in cœlis, ſanctifice tur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum cotidianum da nobis hodie, & remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Et ne inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.

SALVTATIO ANGELI AD SANCTISSIMAM VIRGINEM.

AVe gratia plena Maria, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus uentris tui, quoniam ſaluatorem peperiſti animarum noſtrarum. Amen.

SYMBOLVM SANCTORVM APOSTOLORVM.

CRedo in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, Et in Ieſum Chriſtum, filiũ eius unicum, dominum noſtrum, Conceptum ex ſpiritu ſancto, natum ex Maria uirgine, Paſſum ſub Pontio Pilato mortuum & ſepultum, Deſcendentem ad inferos, tertia die reſurgentem ex mortuis, Aſcendentem in cœlos,

καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς παντοκράτορος, ὅθεν μέλλει ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. πιστεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον, ἁγίαν ἐκκλησίαν καθολικήν, ἁγίων κοινωνίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν αἰώνιον. Ἀμήν

DECEM PRAECEPTA DOMINI, QVAE SCRIPTA HABENTVR IN EXODO CAP. XX.

Καὶ ἐλάλησε κύριος ὁ πάντας τοὺς λόγους τούτους λέγων· Ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεός σου, ὅστις ἐξήγαγέ σε ἐκ γῆς αἰγύπτου ἐξ οἴκου δουλείας.

Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.

Οὐ ποιήσεις ἑαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς.

Οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς.

Ἐγὼ γάρ εἰμι κύριος ὁ θεός σου, θεὸς ζηλωτὴς ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς τοῖς μισοῦσί με, καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά μου.

Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ, οὐ γὰρ μὴ καθαρίσῃ κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ.

Sedentem in dextera patris omnipotentis, Vnde uenturus eſt iudicare uiuentes & mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, Remiſſionem peccatorum, Carnis reſurrectionem, Vitam æternam. Amen.

DECEM PRAECEPTA DOMINI QVAE SCRIPTA HABENTVR IN EXODO CAP. XX.

ET Locutus eſt dominus oẽs ſermones hos, dicẽs: Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis.

Non erunt tibi dij alieni præter me.

Non facies tibi idolum, neque ullius ſimulachrum, quæcunq; in cælo ſurſum, & quæcunq; in terra deorſum, & quæcunque in aquis ſub terra.

Non adorabis eos, neque ſeruies eis.

Ego enim ſum dominus Deus tuus, Deus zelotes, reddens peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem odio habentibus me, & faciens miſericordiam in miliaria diligentibus me, & ſeruantibus præcepta mea.

Non accipies nomẽ domini Dei tui in uano, non enĩ mundabit dominus accipientem nomen eius in uano.

μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων ἁγιάζειν αὐτήν.
ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ, καὶ ποιήσεις πάντα τὰ ἔργα σου
τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ σάββατα κυρίῳ τῷ θεῷ σου.
οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον σὺ καὶ ὁ υἱός σου καὶ
ἡ θυγάτηρ σου, ὁ παῖς σου, καὶ ἡ παιδίσκη σου, ὁ βοῦς
σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ πᾶν κτῆνος σου, καὶ
ὁ προσήλυτος ὁ παροικῶν ἐν σοί.
Ἐν γὰρ ἓξ ἡμέραις ἐποίησε κύριος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν
καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ κατέ-
παυσεν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, διὰ τοῦτο εὐλόγησε
κύριος τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν.
Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι
γένηται, καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς,
ἧς κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σου. Οὐ φονεύσεις. Οὐ μοι-
χεύσεις. Οὐ κλέψεις. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ
πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.
Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὐκ
ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐ-
τοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὔτε
τοῦ βοὸς αὐτοῦ, οὔτε τοῦ ὑποζυγίου αὐτοῦ, οὔτε παντὸς σκεύ-
ους αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τῷ πλησίον σου ἐστί.

Memento diem ſabbatorum ſanctificare eum.

Sex diebus operaberis, & facies oĩa opera tua,
At die ſeptima ſabbata domino Deo tuo.

Non facies in ea omne opus tu & filius tuus & filia tua, ſeruus tuus & ſerua tua, bos tuus & ſubiugale tuum; & omne iumentum tuum, & aduena habitans in te.

In ſex enim diebus fecit dominus cœlum & terram & mare, & omnia quæ in eis, & requieuit die ſeptima, propter hoc benedixit dominus diem ſeptimam, & ſanctificauit eam.
Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene tibi ſit, & ut longæuus ſis ſuper terram bonam, quam dominus Deus tuus dat tibi. Nõ occides. Nõ mœchaberis. Non furaberis. Nõ falſo teſtificaberis contra proximum tuum teſtimonium falſum.

Non concupiſces uxorem proximi tui, non concupiſces domum proximi tui, neque agrum eius, neque ſeruum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius, neque ſubiugale eius, neque oẽm ſuppellectilem eius, neque quæcunque proximi tui ſunt,

ΧΡΙΣΤΟΥ ΔΟΓΜΑΤΑ ΠΑΡΑ ΜΑΤΘΑΙΩ.

Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, ἀλλ᾽ ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἓν ὕπαγε μετ᾽ αὐτοῦ δύο. τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν. ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας, προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς, ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους. ἐὰν γὰρ καὶ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτως ποιοῦσιν, ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τέλειός ἐστιν.

ΩΔΗ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ

CHRISTI DECRETA APVD MATTHAEVM, CA.V.

AT ego dico uobis, Ne reſiſtatis malo: ſed quiſquis impegerit alapã ĩ dexterã tuã maxillã, obuerte illi & alteram: & ei qui te uelit in ius trahere ac tunicam tuam tollere, dimitte illi & pallium: & qui te adegerit ad miliarium unum, abito cum illo duo. Petenti abs te, dato: & cupientem mutuum accipere ne auerſeris. At ego dico uobis: Diligite inimicos ueſtros. Bene precemini deuouentibus uos. Benefacite ijs, qui uos odio proſequũtur: orate pro ijs, qui lædunt & inſectantur uos: ut ſitis filij patris ueſtri qui eſt in cœlis: quia ſolem ſuum exoriri ſinit ſuper malos ac bonos, & pluuiam mittit ſuper iuſtos & iniuſtos. Nam ſi dilexeritis eos qui diligunt uos, quod præmium habetis? Nónne & publicani idem faciunt? Et ſi complexi fueritis fratres ueſtros tãtum, quid eximiũ facitis? Nónne & publicani ſic faciunt? Eritis igitur uos perfecti, quẽadmodũ pater ueſter, q in cœlis eſt, perfectus eſt.

CANTICVM DEIPARAE.

Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. καὶ ἠγαλλία-
σε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτῆρί
μου. ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐ-
τοῦ, ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γε-
νεαί. ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς, καὶ ἅγιον
τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γε-
νεὰν, τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Ἐποίησε κράτος ἐν
βραχίονι αὐτοῦ, διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ
καρδίας αὐτοῦ. καθεῖλεν δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψω-
σε ταπεινούς. πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλου-
τοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς. ἀντελάβετο Ισραὴλ παι-
δὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους. καθὼς ἐλάλησε πρὸς
τοὺς πατέρας ἡμῶν τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐ-
τοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. Δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ. καὶ ἁγίῳ πνεύματι.
ὡς ἦν ἐν ἀρχῇ, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας
τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΩΔΗ ΣΥΜΕΩΝ.

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆ-
μά σου ἐν εἰρήνῃ. ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου
τὸ σωτήριόν σου. ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων
τῶν λαῶν. φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ
σου Ισραήλ. Δόξα.

ἈΣΠΑΣΜΟΣ ΠΡΟΣ ἉΓΙΩΤΑΤΗΝ ΜΑΡΙΑΝ.

Χαῖρε δέσποινα μήτηρ ἐλέους, ζωὴ, γλυκύτης,
καὶ ἐλπὶς ἡμῶν χαῖρε. πρὸς σὲ βοῶμεν οἱ τῆς
Εὔας ἐξόριστοι παῖδες. πρὸς σὲ ἀτενίζομεν στενά-

MAgnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſeruatore meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim poſthac fœlicem me iudicabunt oẽs generatiões. Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Et miſericordia eius in generationẽ & generationem, timentibus eum. Fecit robur in brachio ſuo; diſperſit ſuperbos cogitatione cordis ſui. Depoſuit potentes de ſedibus, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſraël puerum ſuum, ut memor eſſet miſcd'iæ. Sicut locutus fuerat ad patres noſtros, ipſi Abraam, & ſemini eius in æuum. Gloria patri, & filio, & ſancto ſpiritui. Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. CANTICVM SYMEONIS.

NVnc dimittis ſeruũ tuũ domine, ſecũdũ uerbũ tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populorũ. Lumen ad reuelationẽ gentiũ, & gloriã plebis tuæ Iſraël. Gloria.

SALVTATIO AD SANCTISSIMAM MRIAM.

SAlue regina mater miſericordiæ, uita, dulcedo, & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus Euæ exules filij. Ad te ſuſpiramus

ζοντες καὶ θρηνοῦντες ἐν τῇ δὲ τῇ τοῦ κλαυθμῶνος κοιλάδι. ἄγε δὴ συνήγορε ἡμῶν τοὺς εὐσπλάγχνους σου ὀφθαλμοὺς ἐφ' ἡμᾶς ἐπίστρεψον, καὶ ἰησοῦν τὸν εὐλογημένον καρπὸν τῆς κοιλίας σου, μετὰ τὴν ἐξορίαν ταύτην ἡμῖν ἀνάδειξον, ὦ ἐπιεικής, ὦ εὔσπλαγχνε, ὦ ἡδεῖα παρθένε μαρία.

ΕΥΛΟΓΙΑ ΤΗΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ ΠΡΟ-ΤΟΥ ΓΕΥΣΑΣΘΑΙ.

Χριστὲ ὁ θεός, εὐλόγησον τὴν βρῶσιν καὶ τὴν πόσιν τῶν δούλων σου, ὅτι ἅγιος εἶ πάντοτε νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ, ΜΕΤΑ ΤΟ ΓΕΥΣΑΣΘΑΙ.

Εὐλογητὸς ὁ θεός, ὁ ἐλεῶν καὶ τρέφων ἡμᾶς ἐκ τῶν αὐτοῦ πλουσίων δωρεῶν, τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΛΟΓΙΑ ΤΗΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ. ΑΛΛΩΣ.

Εὐλογεῖτε. ὁ θεός, πᾶν τὸ παρατεθειμένον καὶ παρατεθησόμενον, διὰ τοῦ θεοῦ λόγου ἁγιασθήτω, ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἀμήν

ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ ΤΗΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ.

ramus gementes & ſlentes in hac lachrymarum
ualle. Eia ergo aduocata noſtra, miſericordes
tuos oculos ad nos conuerte. Et Ieſum benedi-
ctum fructum uentris tui, poſt exilium
hoc nobis oſtende, O clemens, O pia,
O dulcis uirgo Maria.

BENEDICTIO MENSAE ANTE DEGVSTATIONEM.

CHriſte Deus, benedic cibum & potum ſeruo-
rum tuorum: quoniam ſanctus es iugiter nunc
& ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

GRATIARVM ACTIO POST DEGVSTATIONEM.

BEnedictus Deus, qui miſeraris & alis nos, ex
largis donis tuis, idq; ex gratia & benignita-
te tua, iugiter nunc & ſemper, & in ſæcula
ſæculorum. Amen.

BENEDICTIO MENSAE ALITER

BEnedicite. Deus. omne quod appoſitum eſt,
& apponetur, per Dei uerbum ſanctificetur:
in nomine patris & filij & ſancti ſpiri-
tus Amen.

GRATIARVM ACTIO MENSAE

Εὐχαριστοῦμέν σοι παντοκράτωρ θεὲ ὑπὲρ πάντων τῶν εὐεργεσιῶν σου, ὃς ζῇς καὶ βασιλεύεις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΩΔΗ ΤΩΝ ΑΓΓΕΛΩΝ

Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Αἰνοῦμέν σε. Εὐλογοῦμέν σε. προσκυνοῦμέν σε. Δοξολογοῦμέν σε. Εὐχαριστοῦμέν σε διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν. κύριε βασιλεῦ ἐπουράνιε, θεὲ πάτερ παντοκράτωρ. κύριε υἱὲ μονογενὲς ἰησοῦ χριστέ, καὶ ἅγιον πνεῦμα. κύριε ὁ θεός, ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ υἱὸς τοῦ πατρός, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἐλέησον ἡμᾶς, ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου, πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν. ὁ καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός, ἐλέησον ἡμᾶς. ὅτι σὺ εἶ μόνος ἅγιος, σὺ εἶ μόνος κύριος ἰησοῦ χριστέ, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. Ἀμήν.

ΟΚΤΩ ΜΑΚΑΡΙΣΜΟΙ

Μακάριοι οἱ πτωχοὶ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι χορτασθήσονται. Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται. Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δι-

GRatias agimus tibi omnipotens Deus, pro omnibus beneficijs tuis, qui uiuis & regnas in ſæcula ſæculorũ amẽ. CANTICVM ANGELORVM.

GLoria in excelſis Deo, Et in terra pax, hominibus bona uoluntas. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam tuam gloriam. Domine rex cœleſtis, Deus pater omnipotens. Domine fili unigenite Ieſu Chriſte, & ſancte ſpiritus. Domine Deus agnus Dei, filius patris. Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi, ſuſcipe deprecationem noſtram. Qui ſedes ad dexterã patris miſerere nobis. Quoniã tu es ſolus ſanctus. Tu es ſolus dominus Ieſu Chriſte, in gloria Dei patris. Amen. OCTO BEATITVDINES.

BEati pauperes ſpiritu, quoniam illorum eſt regnum cœlorum. Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolationẽ accipient. Beati mites, quoniã ipſi hæreditatem accipient terræ. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam ij filij Dei uocabuntur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iu-

καιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξω-
σιν, καὶ εἴπωσιν πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευ-
δόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι
ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

ΩΔΗ ΖΑΧΑΡΙΟΥ.

Εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέ-
ψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ. καὶ
ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ
παιδὸς αὐτοῦ. καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν
ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ. Σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ὑ-
μῶν, καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς. ποιῆ-
σαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ μνησθῆναι
διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ. Ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβρα-
ὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν, τοῦ δοῦναι ἡμῖν. Ἀφόβως ἐκ χει-
ρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας, λατρεύειν αὐτῷ. ἐν
ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ πάσας τὰς
ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν. καὶ σὺ παιδίον προφήτης ὑψί-
στου κληθήσῃ, προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου κυρίου ἑτοι-
μάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ. τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ
λαῷ αὐτοῦ, ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Διὰ σπλάγχνα
ἐλέους θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ
ἐξ ὕψους. ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου
καθημένοις, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν
εἰρήνης. Δόξα πατρί

ſtitiam, quoniam illorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis cū probra iecerint in uos, & inſectati fuerint, & dixerint omne malum uerbum aduerſus uos mentientes, propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces ueſtra multa eſt in cœlis.

CANTICVM ZACHARIAE.

BEnedictus Dominus Deus Iſraël, quia uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui. Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis noſtris, et de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrē noſtrū daturū ſe nobis. Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorū liberati, ſeruiamus illi. In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris. Et tu puer propheta altiſſimi uocaberis, præibis enim ante faciem domini parare uias eius. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eorū. Per uiſcera miſericordiæ Dei noſtri, in q̄bus uiſitauit nos oriēs ex alto. Illuminare his q in tenebris & in umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis. Gloria patri.

Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Ὅτι ἐσίγησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν. Ὅτι ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐβαρύνθη ἐπ' ἐμὲ ἡ χείρ σου, ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν, ἐν τῷ ἐμπαγῆναι μοι ἄκανθαν· τὴν ἀνομίαν μου ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἁμαρτίαν μου οὐκ ἐκάλυψα. Εἶπα ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. Ὑπὲρ ταύτης προσεύξεται πρὸς σὲ πᾶς ὅσιος ἐν καιρῷ εὐθέτῳ. Πλὴν ἐν κατακλυσμῷ ὑδάτων πολλῶν, πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσι. Σύ μου εἶ καταφυγὴ ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με, τὸ ἀγαλλίαμά μου λύτρωσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με. Συνετιῶ σε καὶ συμβιβῶ σε ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ πορεύσῃ, ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου. Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις, τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. Πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τὸν δὲ ἐλπίζοντα ἐπὶ κύριον ἔλεος κυκλώσει. Εὐφράνθητε ἐπὶ κύριον καὶ ἀγαλλιᾶσθε δίκαιοι, καὶ καυχᾶσθε πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Δόξα πατρί.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui non imputabit dominus peccatum, nec eſt in ore eius dolus. Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in erumnam dum configitur mihi ſpina.

Delictum meum cognitum feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino. & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore oportuno. Veruntamen in diluuio aquarũ multarum, ad eum non approximabunt. Tu es refugiũ meum à tribulatione quæ circundedit me, exultatio mea erue me à circundantibus me. Intellectum tibi dabo & inſtruam te in uia hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in domino miſericordia circundabit. Letamini in domino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde. Gloria patri.

ABBREVIATIONES PERPVL-
*chræ ſcitu, quibus frequentiſsime Græ-
ci utuntur indifferenter & in
principio, & in medio, &
in fine uerſus.*

	ualet αρ,	*ut* μῦθο.
	ualet ὰρ, *cum accentu graui*,	*ut* τὴν διαφορ.
	ualet ας,	*ut* τῆς ἡμέρ.
	ualet ᾶς,	*ut* τῆς διαφορ.
	ualet αις,	*ut* ταῖς μύθ.
	ualet αῖς,	*ut* ταῖς τιμ.
	ualet ες,	*ut* ἄιαντ.
	ualet ερ,	*ut* τύπτομ.
	ualet ὲρ,	*ut* μὲρ.
	ualet ης,	*ut* τῆς μύθ.
	ualet ῆς,	*ut* τῆς τιμ.
	ualet ηρ,	*ut* τὴν πηνελόπ.
	ualet ὴρ,	*ut* τὴν τιμ.
	ualet ης,	*ut* τῆς μύθ.
	ualet ις,	*ut* φύσ.
	ualet ιρ,	*ut* φύσ.
	ualet εις,	*ut* τοὺς δημοσθέν.
	ualet εῖς,	*ut* τῶν γων.
	ualet ορ,	*ut* τὸρ λόγ
	ualet όρ *cum acuto*	

° ualet ὸν cum graui, ut τ̂ θε°
τὸν θεόν.
~ ualet ων, ut τῶν λόγ~.
~ ualet ῶν, ut τ̃ μουσ~.
ς ualet ως, ut φύσε~.
ς̃ ualet ῶς, ut π~.
° ſupra literas ualet ος, ut ἄνθρωπ°.
° ualet ός, ut χορ°.
° ualet ειν, ut λέγ~.
~ ualet ε͂ιν, ut εἰπ~.
ς ualet ους, ut τοὺς λόγ~.
ς ualet οὺς ut τοὺς θνητ~.
ται ualet ται, ut λέγεται.
σθ ualet σθ, ut ἐσθλός.
σθαι ualet σθαι, ut τύπτεσθαι.
δὲ ualet δὲ.

γὰρ, γὰρ, γὰρ, γὰρ, γὰρ — ualet γὰρ.

μὲν, μὲν, μὲν — ualet μὲν.

καὶ
καὶ
καὶ
καὶ } ualet καί.

ἐστὶ ualet ἐστὶ.

ας ualet ας.

ες uel ες ualet ες, ut πάτερ, μήτηρ.

παρ ualet παρ.

περ ualet περ, ut ὅσπερ.

εν ualet ἐν.

εξ ualet ἐξ.

ην ualet ην, ut χόρην.

ων ualet ων, ut ἤγωνη.

τερ uel τερ, ualet τερ.

ς ualet στ, ut ςοῖχος.

σπ ualet σπ, ut σπεῦδε.

σσ ualet σσ, ut γλῶσσα.

σχ ualet σχ, ut σχῆμα.

ου ualet ου, ut λόγου.

ευ uel ευ, ualet ευ.

ει uel ει ualet ει.

ει ualet ει.

τι uel τι, ualet τι.

της uel της, ualet τῆς.

των uel των, ualet τῶν.

του uel τ̃ ualet τοῦ.
τὸ
τὸ ualet τὸ.
τὸ
τῷ ualet τῷ.
σα ualet σα.
φι ualet φι.
φί ualet φί.
πο ualet πο.
πτ ualet πτ.
ττ ualet ττ.
γγ ualet γγ.
γο uel γο, ualet γο.
γω ualet γω.
γερ ualet γερ.
λλ ualet λλ
κῶρ ualet κῶρ.
κατὰ ualet κατὰ.
ἐπι ualet επι.
ἐπὶ ualet ἐπὶ.
ύ ualet ύ, ut φύσις.
ῦ ualet ῦ, ut μῦς.
ος ualet ος.

; denotat interrogationem, quæ apud Latinos hoc modo repræſentatur ?

Literæ quando ſeipſas ſignant, ſuperpoſita quadam linea notantur, ut ᾱ. Similiter & propria nomina, ut Δα̅β̅ί̅δ̅.

Nonnunquam cum deſunt literæ, linea directa ſuperponitur, ut

ι̅υ̅ ἰησοῦ χ̅υ̅ χριστοῦ κ̅υ̅ κυρίου σ̅ρ̅ σωτὴρ
οὐ̅ν̅ο̅υ̅ οὐρανοῦ π̅ρ̅ πατὴρ π̅ν̅α̅ πνεῦμα.
Et alia paßim apud Græcos ſcriptores offendes.

τέλος.

LVTETIAE.
EX OFFICINA CHRISTIANI
VVechel, Anno M.D.XXX.
Menſe Octobri.
W

IN ROMA

2012126